gentesimo nonagesimotertio.

QUartas reliquas ſine ſcriptura relinquere conuenit. iudicio poſteriorum qui emendare addere atqꝫ geſta principum ꝛ priuatorum ſucedentium perſcribere poſſunt. Non enim omnia poſſumus omnes. Et quandoqꝫ bonus dormitat homerus. In terra enim aurum queritur. Et de fluuiorum alueis ſplendens profertur gloria. pactoluſqꝫ ditior eſt ceno q̄ꝫ fluento. Varij quoqꝫ mirabileſqꝫ motus in orbe indies exoriuntur. Qui nouos requirunt libros quibus ordine referant. Pauca tamen de vltima etate vt perfectum opus relinquatur in fine operis adijciemus.

QUod erat officium ſuſcepti libri auſpice chriſto. quamuis rudibus pene verbis compleuimus ꝓut ingenij mediocritas tulit. Decurſus eſt propoſiti operis ſex etatibus. ad metam noſtri temporis profecti ſumus. Eſtqꝫ annus quinquageſimus tertius imperij glorioſiſſimi imperatoris Friderici tertij. Ac filij eius incliti regis maximiliani ſeptimus Moderniqꝫ ſummi pontificis Alexandri ſexti. annus ſui pontificatus prim⁹. Diuino nanqꝫ munere per tot regum ac imperatorum geſta. ſummorumqꝫ pontificum ꝛ aliorum labores pericula ꝛ ſumma exicia. Cymba exigua eſtuoſum mare ſulcantes eo ventum eſt. quo ab initio proram direximus. Si autem partem aliqua ꝙ plus maris. ꝙ minus q̄ꝫ oportuerit erorbitatum eſt. a veritatis tramite ſapienti emendationi relinquim⁹. Si vero quicq̄ꝫ labore iſto in preteritorum geſtorum cognitionem ac figurarum oblectationem deduxerimus deo gratiarum largitori laudes exhiberi cupimus. Reſtent tandē perpetua de ſeptima ꝛ vltima etate ac fine ſeculi mundarum rerū in huius operis calce differendū. ne priora omnia ſine laudabili fine irrita ꝛ infructuoſa eſſe videantur. niſi diuinum premium beatitudinis perpetue ſubſequatur.

QUum in primordio operis de principio mūdi explicauimus et diuine litere ad ſcienciam veritati nos erudiunt. mundum deniqꝫ finem habiturum. De quo nūc in fine operis differem⁹ Plato enim qui de mundi fabricatione diſſerūt id explicare non potuit. qui celeſte miſterīū qđ non niſi a prophetis ac deo diſcitur ignorabat ideo imperpetuum dixit eſſe fabricatum quod longe ſecus eſt. quoniam quicquid eſt ſolido ꝛ graui corporea vt initium cepit aliquando. ita et finem capiat neceſſe eſt. Nam ariſtotiles cum non videret quemadmodum poſſet tanta rerꝫ magnitudo interire ꝛ hanc ꝑſcriptorꝫ vellet effugere. ſemꝑ ait fuiſſe mundū ac ſemper futurꝫ Cū tamen terrā ꝛ aquā ꝛ ignem diſperire. cōſumi extinguiqꝫ videam⁹. que ſunt vtiqꝫ mūdi partes. Intelligit̄ totū eſſe mortale. cui⁹ mēbra ſunt mortalia. ita fit vt natū ſit. quicquid poteſt interire. Sed ꝛ omē qđ ſub viſo oculorꝫ venit ꝛ corꝑale (vt ait plato) ꝛ ſolubile ſit neceſſe eſt. Epicur⁹ igit̄ (auctore democrito) veridic⁹ in hac re fuit. q ait ꝛ ortū aliqn̄ ꝛ aliqn̄ eſſe peritur ū. Propinquāte tandem hui⁹ termino ſeculi humanarꝫ rerū ſtatū cōmutari neceſſe ē ꝛ in deteri⁹ neq̄cia inualeſcente ꝓlabi. vt iam noſtra hec tempꝑa q̄b⁹ iniq̄tas ꝛ malicia vſqꝫ ad ſummū gradū creuit. In illius tamē inſanabilis mali comperatiōe felicia ꝛ ꝓpe aurea poſſint iudicari. ita em̄ iuſticia rareſcet. ita impietas ꝛ auaricia ꝛ cupiditas ꝛ libido crebiſcet. vt qui tū forte fuerunt boni prede ſint ſceleratis ac diuexent̄ vndiqꝫ ab iniuſt̄. Soli aūt mali opulenti ſint. boni vero in oīb⁹ contumelijs atqꝫ in egeſtate iacent̄. Cōfundet̄ oē ius ꝛ leges interibūt. Nihil tūc q̄ſq̄ꝫ habebit. niſi aut q̄ſitū manu. audatia ꝛ vi oīa poſſidebūt. non fides in hoīb⁹. nō pax nō hūanitas. nō pudor nō veritas erit. atqꝫ ita neqꝫ ſecuritas. neqꝫ regimē neqꝫ req̄es a mal̄ vlla. oīs em̄ terra tumultuabit̄ fremēt vndiqꝫ bella. oēs gentes in armis erūt ꝛ ſein uicē opuḡbūt. Ciuitates finitie int̄ ſe ꝑliabunt̄. tūc ꝑagbit gladi⁹ orbē metēs oīa ꝛ tanq̄ꝫ meſſez cūcta ꝓſternēs. Poſtrēo v̄o tā deteſtabile atqꝫ abhoiandū tp̄s exiſtet ꝙ nulli hoīm ſit vita iocūda. Euertēt̄ fūdit⁹ citates atqꝫ interibūt. nō mō ferro atqꝫ igni. verꝫ etiā tremotib⁹ aſſiduiſ ꝛ alluuie aq̄rꝫ ꝛ morb̄ freq̄ntib⁹ ꝛ fame crebra. Aer em̄ viciabit̄ ꝛ corrupt⁹ ꝛ peſtilens fiet ꝛ modo importunis imbribus. mō inutili

ſiccitati nunc frigoribꝰ nunc eſtibꝰ nimijs. nec terra homini dabit fructū. nec ſeges quicq̄ꝫ. nō arbor. non vitis feret. cum in flore ſpem maximam dederint. in fruge decipient. fontes quoqꝫ cum fluminibus areſcent vt ne potus q̇dem ſuppetat. ⁊ aque in ſanguinem aut amaritudinem mutabunt. Propter hec deficient ⁊ in terra quadrupedes ⁊ in aere volucres ⁊ in mari piſces. Prodigia quoqꝫ in celo mirabilia mentes hominum maximo terrore confundēt. Qui igitur celſa tenēt dominia atqꝫ imperia eos aperire oculos ⁊ aures reſerare. hec ſequentia ⁊ preterita tempora perſuadent ne eos letifer ſomnus obrepat. Vigilantes aſpiciant quibꝰ quātiſqꝫ fortūe tragulis pectꝰ gerant. cū eius viribꝰ humana non obſtare conſilia queant. ⁊ ex preteritis geſtis q̄ꝫ in lubrico poſiti ſint animaduertant ⁊ auaricie. luxui. furori. iactantie ambitioniqꝫ parcentes. letis ponere modū diſcant. memorantes dū ampliatas leticia mentes. aut aliquo irritatas euentu aliquod enorme ſubintrat. Ea lege eos aggerem conſcendiſſe qua ceteros ruituros. ſi liberauit in puncto penaſqꝫ offenſis daturos. Vos igit̄ q̄ appropinquare diem illū cernitis q̄ ſit ex hac vita migrandū. Deum ſummum veneratione colite ⁊ integro affectu diligite. Sequimini ſapientiam ⁊ virtutes apprehendite. honorate dignos. amicos ſumma cū fide ſeruate. prudentū conſilia ſumite ⁊ benignos vos moribꝰ exhibete. humanitate ⁊ iuſticia vt innocentes ad iudicium venire poſſitis.

Mundum deus (vt premiſſum eſt in principio operis) ⁊ hoc rerum nature mirabile opꝰ. ſicut ⁊ in archanis ſacre ſcripture continet̄. ſex dieꝝ ſpacio conſummauit. Deniqꝫ ſeptimū quo ab operibus requieuit ſanxit. Hic eſt autem dies ſabathi. qui in lingua hebrea a numero nomen accepit. Vnde ſeptenarius numerus legitimus ac plenus eſt. nā ⁊ dies ſeptem ſunt ⁊ ſeptem ſtelle que non occidunt. ⁊ ſeptem ſidera. que vocantur errantia. quoꝝ diſpares curſus ⁊ inequales motꝰ reꝝ ac tempoꝝ varietates efficere credunt̄. De ſcriptis itaqꝫ ſex etatibꝰ. Cū ſeptima etas quieſcentium iudicat̄. Ab aſcenſione dn̄i aperta ianua q̇etis initiū habuiſſe ferunt. vſqꝫ in preſens cum ſexta decurrit ⁊ vſqꝫ ī finē mūdi cū illa ꝓcedet. Cū nunc de vltimo fine mundi pagat̄. de ſeptima mentio fiet. que nec finem habebit. Cum requies animaꝝ interminabilis ſit. Sed ab octaua reſurgentiū etate ſuſcipiet̄. Ideo liber Geneſeos ſeptimū diem veſperam non habere edocet. De aduentu igit̄ antichriſti. ⁊ morte fine rerū ac de extremo iudicio. in vltima etate mūdi diſſerere placui. Quomodo autem conſummatio futura ſit. ⁊ qualis eritꝰ humanis rebꝰ impendeat. ſi qs diuinas litteras fuerit ſcrutatus inueniet. ſed ⁊ ſecularium prophetarum congruentes cū celeſtibus voces. finem rerū ⁊ occaſum enūciant deſcribentes. quaſi fatigati. ⁊ de labētis mūdi vltimam ſenectutem.

De antichriſto

Imminentē iā tempoꝝ concluſione duo ſane certiſſima. nec dum inſtantꝭ iudicij indicia habemus fidem iſraheliticē gentis. Et regnū ꝑſecutōemqꝫ ātichriſti. quā ꝑſecutionē triū ſemis annoꝝ futurā fides eccleſie tenet. Sed ne hec improuiſa veniens om̄es paſſim q̄s imparatos inuenerit inuoluat. Enoch ⁊ Helyam ꝓphetas ⁊ doctores ante huiꝰ erroꝝ tū venturos in mūdū aiūt. Qui iſraheliticam plebem ad fidei conuertant gratiā; atqꝫ ad ꝑſſuram tanti turbinis ꝑtem electoꝝ inſuꝑabilē reddāt. Qui cū ipſi primo tres ſemis annoꝝ ꝑdicauerint. Et ſicut de vno eoꝝ. Helya propheta Malachias predixit. conuerterint corda patrum in filios. id eſt antiquorum fidem. dilectionemqꝫ ſanctorum morum. Qui tunc vicii

riſunt mente plantauerint. Tunc exardeſcēs illa horrenda pſecutio. ipſos in primis martyrū virtute coronet. Deinde ceteros fideles corripiens vel martyres chriſti glorioſiſſimos. vel dānatos apoſtatas faciet. Antichriſtus autē ex Syria. vel vt alij habēt ex Babilone de tribu Dan. Malo ſpiritu natus. Euerſor ac proditor generis humani. Qui reliquias illi⁹ prioris mali cum ipſo ſimul deleat. Ille etenim teterrimus erit. ⁊ omnium mendaciorum propheta. ⁊ ſeipſum conſtituet ⁊ vocabit. deum ſe coli videbit. vt tanquā dei filium. Et dabitur etiam ei poteſtas. vt faciat ſigna atqꝫ prodigia. Quibus viſis irretiat homines. vt adorent eū per magicas artes a peſſimis etiam imbutus magiſtris. adiungens ſe dyabolus. totam ſue virtutis potentiam. per quam magicaʒ artem ceteris oībus maiora patraret. indiuiduus comes attulit. Iubebat igneʒ deſcendere de celo. ⁊ ſolem a ſuis curſibus ſtare ⁊ imaginem loqui. Et fient hec ſub verbo eius. Quibus miraculis etiam ſapientium valde plurimi allicientur ab eo. Tunc eruere dei templum conabitur. ⁊ iuſtum populum perſequetur. Et erit pſſura. ⁊ contritio qualis nunqꝫ fuit a principio mundi. Quicunqꝫ crediderint atqꝫ acceſſerint. ei. ſignabuntur ab eo tanquam peccudes. Qui autē recuſauerint notaʒ eius. aut in montes fugient. aut comprehenſi exquiſitis cruciatib⁹ necabuntur. Idem iuſtos homines obuoluet libris prophetarum. atqꝫ ita cremabit. Et dabitur ei deſolare orbem terre menſibus quadraginta duobus. Id erit temp⁹ quo iuſticia proijcietur ⁊ innocentia odio erit. Quo mali bonos hoſtiliter preliabuntur. Non lex aut ordo aut milicie diſciplina ſeruabitur. Non canos quiſqꝫ reuerebitur. non officium pietatis agnoſcet. Non ſexus aut infantie miſerebitur. Confundentur omnia. ⁊ miſcebuntur contra phas. cōtra iura nature. Ita quaſi vno communiqꝫ latrocinio terra vniuerſa vaſtabitur. Cum enim hec ita erunt tunc iuſti ⁊ ſectatores veritatis ſegregabūt ſe a malis. ⁊ fugient in ſollitudines. Cumqꝫ venerit hieroſolimaʒ antichriſtus ſe circumcidit. Iudeis ſe chriſtum fore oſtendens. qui adherentes templum inſtaurabunt. decepcius munera copioſa donabit. Quoſdam vero auaricia ſubiugabit. Mittet quoqꝫ per orbem vniuerſum legatos ſuos Helyaʒ et Enoch qui per hec tempora etiam in paradiſo viuentes eo tempore (vt premiſſum eſt) mortis debitum exoluent. Demum iuxta viſionem danielis antichriſtus ad verticem montis oliueti diuertit. Ibi peribit. vnde ſaluator ad celos adſcendit. Percuſſo autē illo perditionis filio ſiue ab ipſo domino. ſiue a michaele archangelo (vt quidam docent) ⁊ eterne vltione dannato. Non continuo dies iudicij ſecuturus eſſe credend⁹ eſt. Alioquin ſcire poſſent homines illius diei iudicij tempus. ſi poſt tres ſemis annos inchoate perſecutionis antichriſti confeſtim ſequeretur. Poſt quantum vero tempus conſummate deuaſtationis venturus ſit. nemini prorſus ſcire conceditur. Cuius quidem aduentus horam merito ſancti omnes diligūt. ⁊ citius adeſſe deſiderant. Sed periculoſe ſatis agunt. ſi qui hanc prope. an longe ſit putare. vel predicare pſumūt. Cum diuina ſententia dicat. de die vltima vel hora nemo ſcit neqꝫ angeli celorū. niſi pater ſolus. Et vt diuus Hieronimus refert. Beatus qui interfecto antichriſto ſupra Mille ducentos nonaginta dies. id eſt tres ſemis annos dies quadraginta quinqꝫ preſtolatur. quib⁹ eſt dominus atqꝫ ſaluator in ſua maieſtate ventur⁹. Quare autem poſt interfectionem antichriſti quadraginta quinqꝫ dierum ſilentium ſit. diuine ſcientie eſt. niſi forte dicamus dilatio regni ſanctorum patientie probatio eſt.

De morte ac fine rerum

PArens hoim omniũ Adam. ita plaſ-
matus fuerat. vt manente illo decede
rent tempora. nec vite terminũ (quem
a morte morſu diabolice temptationis appella
mus) aliq̃ tempore ſciret. Trãgreſſione aũt do
minici precepti. in eo factũ eſt. vt legẽ illico ſen
ſerit in carne repugnãtem. legi mentis ſue. in ſu
dore vultus ſui vita illi agẽda fuerit. Ex delitijs
in erumnas exulare iuſſus fuerit. Timor ⁊ tre-
mor. ſup eũ venerint. peccato obſorduerit. offen
ſo creatore. offendi poſſe cepit. poſthabito obe-
dientie merito brutoꝝ impetũ expectauerit. ex-
pleto deſiderio carnis corruptões ſenſerit. Inno
centia exploſa nocere. nec min⁹ noceri poſſe ſuo
piculo didicerit. cum tempꝫ declinauerit. Im-
mortalitatis ſtatu amiſſo corruerit. ꝑ incremen
ta viuendi ad mortẽ feſtinauerit. Nos quoqꝫ
q̃ ab eo originem trahim⁹. ad curas ſollicitudi
nes. temptatões. tũ corpis tum ai inſupabiles.
Ad vltimũ deniqꝫ terribiliũ mortẽ alligamur.
Nature ab eo hanc conditionẽ ſortiti. A quo ꝓ
pagatõeȝ generis incepim⁹. Quid enĩ eos apel
lo. Quos adm odũ p̃ſens vita oblectat. in hac
valle miſeriaꝝ. nec aliud inuenimus q̃ȝ nature
imbecillitatẽ. fortune ludibriũ. voluntatis mu
tatõeȝ. voluptatũ inquinamẽta. temptationũ
bellũ aſſiduũ. Cum ingredimur in mũdũ ab in
fantia incipim⁹. Que etas q̃cq̃d videt ignorat.
Inde in pueritiã in qua nihil ſolidũ ſapere poſ
ſumus. ꝓuehimur ex pueritia in adoleſcentiaȝ
In qua cũ etate ⁊ ſanguine voluptatum incẽ
tiua coaleſcũt ꝓgredimur. Ex adoleſcentia iu-
uentã aſcendim⁹. In qua ſicut maiora ꝑ etatẽ
audem⁹. ita maioribus curis implicamur. Ex
iuuenta in virilitate confirmamur. in q̃ graui-
ora p̃lia nos diſcerpunt. ambitu. auaricia. liuo-
re libidinib⁹. ⁊ varijs demũ anxietatib⁹ conſu
mimur. Ex illa in ſenectam deſcendimus. ſed q̃ȝ
cõtinuis ⁊ quãtis noſtra ſenect⁹ plena malis.
Ex ſenecta in decrepitam decidim⁹. in qua con
tinuus horror inſtantis mortis nos pulſat ⁊ ir
ritat. Aſpiciamus te nudum informẽ inter va-
gitus ⁊ lacrimas naſcentem. Exiguo lacte ſo-
landum tremulũ atqꝫ reptantem' opis indigu
um aliena q̃ȝ muta paſcunt ⁊ veſciunt cadu-
ci corpis animi inquieti morbis obſeſſum va-
rijs ſubiectũ paſſionib⁹ innumeris. conſilij ino
pem. alterna leticia ⁊ triſticia fluctuantem. im-
potentem appetitus arbitrij cohibere neſcium
q̃ȝ quantumue ſibi expediat. Quis cibi potui-
qꝫ modus ignorantem. Cui alimenta corporis
ceteris animalibus in aperto poſita. multo la-
bore conq̃renda ſunt. quem ſomnus inflat. ci-
bus diſtendit. potus p̃cipitat. vigilie extenuãt.
fames contrahit. ſitis areſacit. auidũ timidũqꝫ
faſtiditatem. poſſeſſa deplorantem ⁊ preſenti-
bus ſimul ⁊ p̃teritis ⁊ futuris anxiũ. ſupbien-
tem inter miſerias ſuas. Et fragilitatis ſibi con
ſciũ viliſſimis vermib⁹ imparẽ. vite breuis. eta
tis ambigue' vari ineuitabilis. ac mille generi
bus mortis expoſitũ. Omitto q̃ ita cõpacti ſu-
mus vt ocio tabeſcam⁹. labore frangamur. cra
pula opprimimur. Inedia extenuemur. Et q̃-
cunqꝫ a medio recedentes ad aliquod extremũ
vertamur. diſſoluta tempꝫie non parũ ledimur
Per ſingula momenta tempoꝝ cũ celo verti-
mur. ⁊ vexamur fortune ludibrio ſumus. Que
ſum ma infimis. yma ſummis mutare gaudet
Ita ꝑ oẽm vite curſum anguſtiaꝝ laboꝝ erũ-
naꝝ. inſidiarũ plena oĩa occurrũt. Si tamẽ ar
ma charitatis ⁊ ſcutũ fidei ſumpſerim⁹ Nos
ſi ad alteri⁹ vite p̃parationem actiões noſtras
inſtituerimus. quantacunqꝫ ea ſint que occur-
runt ſupabimus. Mors q̃ȝ oim doloꝝ ſolutio ẽ
vltra q̃ȝ mala noſtra non exeũt. que nos in illaȝ
tranquillitatẽ. in qua anteq̃ȝ naſceremur. iacui
mus reponit. Mors q̃dem bene puteqꝫ moriẽ-
tib⁹ vita eſt. Hinc ⁊ diſſolui cupiũt (q̃ bene vi-
xerint) ⁊ eſſe cũ chriſto. vt bene acte vite p̃miũ
ↄſequantur lumen eternũ. ⁊ ꝓfecto mors vite.
que neqꝫ dolorib⁹. neqꝫ metu neqꝫ inuidie. neqꝫ
erumnis vlli⁹ ſubiecta eſt. neqꝫ ipi q̃ȝ morti ꝗ-
q̃ȝ obnoxia. Et ſi altius aliquanto repetamus.
inueniemus mortẽ nihil aliud eſſe. quã peccan
di finem. Nam cũ Adam cõtra mandatũ dei
in flagitiũ lapſus eſſet. ne viuendo culpa creſ-
ſceret. ⁊ in peccato perſiſteret. eius corp⁹ ex ter
ra factũ. terre de⁹ reddidit. nõ vt creature quaȝ
fecerat. ſed vt pctõ qd creatura ipa cõmiſerat.
finẽ imponeret. Deus igit' ⁊ principiuȝ ⁊ finis.
Cum is vult naſcimur. Cum vult etiam mori-
mur. Et ſunt hec quidẽ ꝓſus diuinitatis eius.
Nihil ad nos ꝑtinentia. Illud vero tantũmo-
do noſtro reliq̃t arbitrio vt bene recteqꝫ viuẽdo
bonũ nanciſceremur finẽ. Hoc itaqꝫ q̃ vnũ no-
ſtruȝ eſt. id eſt q̃ in xp̃o dño noſtro moriamur
ſumma ope adniti debem⁹. Quod q̃ui faciunt
nõ plane moriunt' ſꝫ trãſeũt a corruptõe ad icor
ruptõe. a mortalitate ad immortalitatẽ. a ꝑturba
tionibus ad tranquillitatem. Nõ abſurde for-
taſſis quidam exiſtimarunt mortem extenon
modo malum non eſſe. ſed bonorum omnium

maximū. Verum enimuero quoniā neq3 extrema tēpis diem. neq3 horam nobis ſcire datū eſt. Per q3 ſalutare fuerit. preparatos nos eſſe cū deo ſentientes. ⁊ mandatis eius obſequētes. nec diem differre tutū eſt. ſed inſipiēter factū poti⁹ exiſtimare. Pleroſq3 em̄ vidimus ſumma corpis incolumitate. viribus integris nihil tale metuentes. morte repente interceptos. Contra nonnullos vſq3 ad medicorum deſperationē redactos conualuiſſe. Cum hec igit̄ omnia in dei tantū poteſtate ſint. nihil nobis reliquū videt̄. Niſi vt cum deo bene ſentientes eius preceptis vt p̄miſimus tum in omni vita. tum in vite termino maxime obediamus. Credimus firme om̄es q̄ deus hominem fecit ad imaginē ſui. Quid nobis facilius poteſt accidere. quam dimittere luteum corpus viciorum ſarcinam ⁊ ad eum euolantes redire. Qui nos non dedignatus eſt ad ſimilitudinem ſui facere. Quo ſpiritus diuino ipſius ſpiritu repletus diuinitatis particeps. ⁊ felicitatis eius agat eum perpetuo inter angelos ⁊ ſanctorum choros.

Morte nihil melius. vita nil peius iniq̄
O prima mors hominum. reqes eterna
laborum
Tu ſenile iugum domino volente relaxas
Vinctorumq3 graues adimis ceruice cathenas
Exiliumq3 leuas. ⁊ carceris hoſtia frangis
Eripis indignis. iuſti bona partibus equans
Atq3 immota manes. nulla exorabilis arte
A primo prefixa die. tu cuncta quieto
Ferre iubes animo. promiſſo fine laborum
Te ſine ſupplicium. vita eſt carcer perennis

Quam fragilis ſit vita hominum. q3
plena malorum
Quā breuis. ⁊ miſera. voluite mēte cuneſ
Ci regna. nec comites poſſint depellere mortē
Nec iuuenū numer⁹. nec numerus ſenū
Ergo omnes iuuenes pueri cūctiq3 ſeneſq3
Conſpiciant. omnis me tuat̄ homo
Precipue q̄ me quondam videre potentem
Quos mors dira ſuo proſequit̄ gladio
Quid mihi diuitie. q̄d opes. q̄d gloria mundi
Profuerint. nunc ſum conſcius ipſe mihi
Quid iuuat argenti atq3 auri tenuiſſe talenta
Quid tenuiſſe agros. amplaq3 regna mihi
Nam cuncta hec regio metuebat nomina nr̄a
Horrebat famam imperiūq3 meum

Nunc lapidis ſeruus nunc me tenet improba
Tellus
Nunc bellum indicunt angues vermeſq3 meumq3
Dilacerant corp⁹ oſſaq3 lecta iacent
Quāuis diuitis fuerit mihi magna poteſtas
Vt mea ſit priſcis eq̄peranda bonis
Non tamē his copijs potuit vita mea tueri
Quin mors eriperet meaq3 priuaret eis
Defleat hunc caſum ciuis oīs oīſq3 priuatus
Dent lacrimas cuncti dent gemituſq3 ſimul
Hanc inopes timeant diuites iuueneſq3 ſeneſq3
Matres atq3 viri cuncta creata tremant
Ergo oēs quicunq3 legent hec carmina noſtra
Non dubitēt iam iam talia facta ſequi
Itaq3 te exhortor elegos q̄ legeris iſtos
Vt mors ſit cordi conſociata tuo

De extremo iudicio ac fine mundi

Diſpoſitōe ſummi dei ſic ordinatū eſt vt inīt ſtū hoc ſclm̄. decurſo tpm ſpacio terminū ſumat. Extinctaq3 prorſus oī malicia. ⁊ pioꝝ aīs ad btām vitā reuocatis. qetū trāquillūq3. pacificū. aureū deniq3 vt poete vocāt ſeculū dō ipo regnāte floreſcat. Impletis igit̄ tpib⁹ q̄ de⁹ mortui ſtatuit terminabit̄ ipa mors. Et q3 tpalē vitā. tpalis mors ſequitur. Conſequens etenim eſt. vt etiam re-